

# SCHEMATISMUS

ALMAE PROVINCIAE HUNGARIAE

SANCTI JOANNIS A CAPISTRANO

ORDINIS FRATRUM MINORUM

**S. P. N. FRANCISCI**

OCCASIONE ANNI SANCTI EXTRA ORDINEM UNDEVICESIMO EXEUNTE  
SAECULO A PERACTA HUMANI GENERIS REDEMPTIONE.

ANNO  
MCMXXXIII.



TYPIS „KAPISZTRÁN NYOMDA, VÁC“.

1933

---

Kiadja: A Kapisztrán Szent Jánosról nevezett ferences rendtartomány főnöksége,  
Gyöngyös.

PATRONA ORDINIS SERAPHICI  
BEATISSIMA VIRGO MARIA  
SINE LABE ORIGINALI CONCEPTA.



PATRONUS PROVINCIAE  
S. JOANNES A CAPISTRANO  
CONFESSOR.

SANCTISSIMO PATRE AC DOMINO NOSTRO

PIO XI.

PONTIFICE MAXIMO

UNIVERSALEM ECCLESIAM ROMANAM  
FELICITER GUBERNANTE.



PROTECTORE

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM  
EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMINO

BONAVENTURA CERETTI

S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI TIT. S. CAECILIAE.

MINISTER GENERALIS  
TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM  
S. P. N. FRANCISCI  
REVERENDISSIMUS PATER  
**BONAVENTURA MARRANI**  
Electus in Capitulo Generali die 4. Junii 1927.

PROCURATOR GENERALIS  
ADMODUM REVERENDUS PATER  
**ANTONIUS IGLESIAS**

DEFINITORES GENERALES:

- A. R. P. HUGOLINUS STORFF pro Anglis.
- A. R. P. LUDOVICUS PEUROIS pro Gallis.
- A. R. P. MAXIMILIANUS BRANDYS pro Germanis.
- A. R. P. ANGELUS PRIETO ROMAN pro Hispanis.
- A. R. P. BENJAMIN RYSINSKI pro Hungaris et Slavis.
- A. R. P. GABRIEL RICCIARDI pro Italis.

SECRETARIUS GENERALIS:

A. R. P. VENANTIUS MAGGIANI.

SECRETARIUS MISSIONUM:

R. P. MARCELLUS SCARTABELLI.

Reverendissimus Pater Minister Generalis cum suo Definitorio ha-  
bitat in:

COLLEGIO S. ANTONII

ROMA. 24.  
Via Merulana 124.



VICARIUS PROVINCIALIS:

ADMODUM REVERENDUS PATER

**ANTONIUS UNGHVÁRY**

SS. THEOLOGIAE LECTOR GENERALIS

ELECTUS IN CAPITULO PROVINCIALI DIE 15. JULII 1931 PRAESIDENTE  
ADM. REV. P. JULIO SMERCSEK IN CUSTODEM PROVINCIAE, DIE 8.  
NOVEMBRIS 1932 MINISTRO PROVINCIALI ADM. REV. P. ALOYSIO TAMÁS  
DEFUNCTO INDE FELICITER REGIT PROVINCIAM

ADM. R. P. VICARIUS PROVINCIALIS  
RESIDET IN CONVENTU AD B. MARIAM VISITANTEM:  
GYÖNGYÖS. FERENCESEK.

VENERABILE DEFINITORIUM PROVINCIAE:

PRAESES:

A. R. P. VICARIUS PROVINCIALIS.

*Custos Provinciae:*

R. P. HERMENEGILDUS HERMANN, habitat Gyöngyösi.

*Definitores Provinciae:*

R. P. JOSEPHUS RUKAVINA, habitat in Mohács.

R. P. ANGELUS FEISZ, habitat in Pécs.

R. P. MAURUS MAJSAI, habitat in Budapest.

R. P. VALERIANUS BOHNERT, habitat in Budapest.

*Secretarius Provinciae et Procurator:*

R. P. VENANTIUS VIRÁG, habitat in Budapest.

*Exminister Provincialis immediatus:*

A. R. P. OSWALDUS OSLAY, habitat in Budapest.

*Commissarius Provincialis in Statibus Foederatis Americae Sept:*

R. P. MEDARDUS MEDVECZKY.

*Pater Provinciae ad honores:*

A. R. P. VALERIANUS BENDES, Provinciae S. Mariae in Hungaria. Exdefinitor Generalis.



COLLEGIUM EXAMINATORUM  
PRO RECIPIENDIS  
AD HABITUM ET PROFESSIONEM:

PRAESES:

A. R. P. VICARIUS PROVINCIALIS.

EXAMINATORES:

R. P. MAURUS MAJSAL,  
R. P. VENANTIUS VIRÁG.

COLLEGIUM EXAMINATORUM  
PRO ADPROBANDIS CONCIONATORIBUS  
ET CONFESSARIIS:

PRAESES:

A. R. P. VICARIUS PROVINCIALIS.

EXAMINATORES:

RR. PP. LECTORES SS. THEOLOGIAE ACTUALES.

COLLEGIUM A „VIGILANTIA“ :

PRAESES:

A. R. P. VICARIUS PROVINCIALIS.

CENSORES:

R. P. FERDINANDUS KAIZER,  
R. P. JACOBUS VÉN,  
R. P. ZENO HORVÁTH,  
R. P. HERMENEGILDUS HERMANN,  
R. P. EUSEBIUS KALMÁR,  
R. P. PETRUS FEHÉR.

UNIO MISSIONARIA FRANCISCANA:

PROCURATOR PROVINCIALIS:

R. P. MAURUS MAJSAL.

VISITATOR TERTIARIORUM SAECULARIUM:

R. P. JUVENALIS JAGICZA

PRAEFECTUS STUDIORUM:

ADM. R. P. ANTONIUS UNGHVÁRY.

COMISSIO INVIGILANS

MONUMENTORUM AC RERUM PRETIOSARUM PROVINCIAE:

PRAESES:

ADM. R. P. VICARIUS PROVINCIALIS.

MEMBRA:

Excellmus ac Revmus Dnus P. STEPHANUS ZADRAVECZ,  
Episcopus.

Illmus Dnus JULIUS WÄLDER, Prof. Universitatis.

Spect. Dnus ALEXANDER UNGHVÁRY, Magister Pict.

A. R. Cl. Dnus OTTO SZÓNYI, Doctor juris utr., Referens  
Regn. Monum.

R. P. ODILO ÓBERTEN.

CONSILIARII COMMISSIONIS ACTIONIS  
CATHOLICAE:

*Sectio Organis.:*

P. PAULUS SCHROTTY.

*Sectio Socialis:*

A. R. P. OSWALDUS OSLAY,

R. P. ATHANASIUS UNYI,

R. P. VENANTIUS VIRÁG,

R. P. LEONARDUS SIPOS.

*Sectio Typogr.:*

R. P. ZENO HORVÁTH.

## Historia compendiosa Provinciae.

Ordo S. Francisci Seraphici, mox ab Honorio PP. III. die 29. Novembris an. 1223. Bulla „*Solet annuere*“ fuerat approbatus, per omnes fere regiones Europae cito propagari coepit. In regno Hungariae atque Slavoniae fratres primum ex Germania, tardius vero ex Italia per Bosnam venerunt.

P. Joannes a Plano Carpinis anno 1228. ex Germania, ubi minister provincialis erat, aliquot suorum in Hungariam mittens,<sup>1)</sup> Provinciae primum *Strigoniensis*, dein *Hungariae*,<sup>2)</sup> demum a *S. Maria* appellatae fundamenta iecit. Exeunte saeculo 13-o et initio 14-i fratres ex Hungaria per Croatiam atque Slavoniam diffusi, multa obtinere monasteria, adeo, ut ex iis eiusdem Provinciae duae custodiae Zagrabiensis et Sirmiensis constitutae fuerint.<sup>3)</sup>

Anno 1339 P. Gerardus Odonis, ordinis minorum minister generalis, ex Italia in Bosnam conscendens aliquot fratres, quos itineris socios habuerat, ibidem reliquit; hi familiae Stephani Kotromanović, piissimi bani Bosnae et paucis catholicis, qui effodiendis metallis operam navaverant, spiritualia praestabant servitia. Ad hunc itaque annum revocandum est felix exordium, *Vicariae Bosnae* dein saeculorum decursu celeberrimae. Fratrum hic permanentium praecipuus est: venerabilis Fr. Peregrinus a Saxonia, primum vicarius ministri generalis pro Bosna (1339—1349), dein Bosenensium Episcopus (1349—56); vir apostolici pectoris, qui in reparandis ecclesiis, revehenda cath. veritatis puritate et convertendis haereticis, pro auctoritate, qua in regno

1) *Analecta Francisc.* Quaracchi I. 288.

2) Theiner, *Mon. Hungar.* I. 116 et sqq.

3) Wadding: *Annales Minorum.* IX. ad annum 1400.

tunc pollebat, una cum fratribus plurimum laboravit.<sup>1)</sup> Fr. Peregrini vestigia premebant eius in Vicariatu successores et vel maxime Fr. Bartholomaeus ab Alvernia, quo Vicario (1367—1407), fratres tam exteri quam indigenae, numero satis aucti hortatu et sanctae vitae exemplis, primum in Bosna, dein vicinis in regnis haereticos Patarenos,<sup>2)</sup> in Slavonia et australi Hungaria insuper et Hussitas<sup>3)</sup> ad catholicam fidem convertere summo studio contendebant, relato semper fructu spirituali quandoquidem et uberrimo. Hos apostolicos labores inde a mari Adriatico usque ad Pontum Euxinum sedulo exercebant, utentes opera Fratrum atque Sororum tertii Ordinis S. Francisci.

Quum dein coenobiis admodum multiplicatis, Bosnensis Vicaria valde extensa ab uno superiore difficillime gubernaretur: jussu Nicolai PP. V-i anno 1447 bifariam est divisa, nempe in *Vicariam Hungariae* tardius a SS. Salvatore dictam, et *Vicariam Bosnae*.

Fratres Salvatoriani a Bosnensibus a. 1447 separati, sub proprio Vicario praeter monasteria in Hungaria, Transsylvania et nupera Romania possidebant tredecim alia partim in Croatia, partim vero in Slavonia sita,<sup>4)</sup> quae tamen intra annos 1526 et 1542 fratribus, per inimicos Turcas occisis vel expulsis, destructa sunt. Hi Franciscani Bosnenses, et ab illis descendentes Salvatoriani, initio appellabantur „*fratres minores*“ ab anno 1415 vero coeperunt nominari „*fratres minores de observantia*“; in Hungaria quandoquidem et *Cserienses* dicebantur a primo eorum monasterio in loco „Cheri“,<sup>5)</sup> Comitatu Temesiensi aedificato, qui antiquissimus Conventus tempore incursionum Turcicarum a fratribus derelictus ab hostibus funditus eversus soloque aequatus est ita, ut hodie vix ulla eius exstet memoria. — Quanta fuerit olim *fratrum Cseriensium* gratia apud Deum et homines, testantur Chronica Ordinis, quae inter alia de Con-

<sup>1)</sup> I. Thurocz Chron. Part. III. cap. 41. Chronicon obs. provinc. Bosnae Argentinae in Starine XXII. Zagrabiae 1890 p. 6—8. Acta Bosnae Zagrabiae 1892 p. 25.

<sup>2)</sup> Annal. Minor. VIII. 215.

<sup>3)</sup> Act. Bosnae 173—4.

<sup>4)</sup> Chron. Bosnae I. nota I.

<sup>5)</sup> In vicinis hodierni oppidi Rékás (Csánki, Történelmi földrajz a Hunyadiak korában 2. kötet 11. és 17. old.).

ventu Cheriensi sequentia referunt: „Eo tempore omnipotentia Dei per fratres Observantes de Hungaria multa miracula operabatur, de quibus aliqua adhuc narrare decrevi, quoniam multi ex fratribus divina suavitate repleti erant, ut aliquando raptum patiebantur, ita ut ipse imperator et rex Sigismundus ad videndum Dei magnalia saepius ad Claustum in Cheri fundatum accedebat et talia ibi patientes et diligenter comprobando auscultabat, et sic visis miraculis Dominica virtute factis, in singularem et eorum praerogativum exarsit amorem, ut ipsis et eorum desideriis apud Summum Pontificem paratum se promittendo offerebat, et sic eisdem omnia, sicut placitum erat, impetravit.<sup>1)</sup>)

Erant hi pauperes Franciscani in magnatum curiis sapientes consiliarii, in castris ad pugnandum hortatores strenui, in Ecclesiis evangelicae veritatis praecones ferventissimi, populorum duces atque patres spirituales (inter multos puta S. Jacobum de Marchia, S. Joannem Capistranum). Quibus studiis adeo sanctae Sedis Romanae, regum nobiliumque emeruerunt favores, ut saeculo 14-o et 15-o ubique a populis tanquam angeli de coelo excepti, monasteria, ecclesias obtinuerint, in magnum rei catholicae et humanioris vitae incrementum. Quod testantur non modo monumenta a summis viris edita, uti: Waddingo, Farlatio, Theinero, sed et nostra aetate passim vicens in illis partibus, ubi tunc fratres curam pastorem gerebant, catholicae religionis professio.

Tempore, quo Turcae in Hungaria dominatum tenuere, in partibus regni cis- et trans Tibiscanis soli ferme erant Franciscani, filii Provinciae Salvatorianae, qui orthodoxae fidei conservandae invigilabant, curam fidelium gerebant, consilia et operam in populi sortem meliorem reddendam conferebant, nec pauci eorum ob intrepidam fidei professionem, testantibus fide dignis testimoniis, mortem oppetiere.

In partibus regni austro-occidentalibus, duae olim Custodiae amplissimae Provinciae S. Mariae, Quinque-Ecclesiensis nempe et Zagrabiensis, anno 1661 decreto PP. Alexandri VII. a matre avulsae, in unam coaluerunt Provinciam sub nomine et patrocinio S. *Ladislai Regis*, cuius almae Provinciae Patres

<sup>1)</sup> Chronicon Provinciae Bosnae et Hungariae scriptum a P. Nicolao de Buziako 1533. Urbanus Friedrich p, 11.

haud exigua merita in fide catholica defendenda ac propaganda comportarunt in regionibus illis, quae a Turcis maxime opprimebantur, postmodum vero a schismaticis infestabantur, quorum furori et plures e Patribus succubuerunt.

Altero dimidio saeculi 16-i Bosnenses quoque Franciscani, novo fidei ardore succensi denuo in Slavoniam et Hungariam venientes, rem catholicam curare coeperunt; imo eos saeculo 17-o Budam usque excurrisse ex monumentis intelligimus.<sup>1)</sup>

Demum cum 1687-o, expulsis Turcis, Hungaria et Slavonia pristinam nacta esset libertatem, fratres quoque Provinciae Bosnae Argentinae, receptis in ordinem multis harum regionum indigenis Croatis, Hungaris et Germanis, sensim numero aucti, apostolicos labores in cura animarum ultro continuare permissi sunt auctoritate s. Sedis et regum apostolicorum consensu. Quorum dein vigilantia sollicitudine sunt novae parochiae erectae et ecclesiae aedificatae prouti ex conscriptione anni 1733.<sup>2)</sup> patet et quidem: in Hungaria circa Budam et in Bácska 27, in Slavonia autem 41. Praeter has ecclesias parochiales aderant eodem anno adhuc et 120 filiales cum suis formalibus capellis necnon et aliae filiales cum *Oratoriis* ad cultum divinum peragendum decenter adaptatis.

Tandem vero ex Conventibus in Hungaria et Slavonia sitis „*ad iteratas preces . . . fratrum et missionariorum Provinciae Bosnae Argentinae . . . novam Provinciam s. Joannis a Capistrano compellendam . . .*“ erexit Benedictus PP. XIV. Brevi „*Ad regularis disciplinae*“ dato Romae 15. Junii. 1757. Patres vero Bosnae Argentinae suis sub dominio turcico monasteriis et parochiis contenti, curam illius populi usque ad nostra tempora egregie continuant.

Tempore Josephi II. nonnullis Conventibus suppressis, Provincia Capistrana aliquantulum restricta, ast a. 1825 incorporatione 4 Conventuum Austriae; anno autem 1851 unione Provinciae Bulgariae per Transsylvaniam et Valachiam diffusae, aliis 8 domiciliis aucta fuit. Post breve vero tempus ob difficilem rerum administrationem conventibus: Bukarest, Kimpolung,

<sup>1)</sup> Act. Bosnae 424.

<sup>2)</sup> P. Emericus Pavić in opere: *Ramus Virid. Oliv.* p. 178 et seqq.

Rimnik et residentia Tergovist anno 1864 congregationi PP. Passionistarum resignatis, Residentia Vingaensis autem propter graves quasdam inter Provinciam et Magistratum enatas differentias an. 1882 resignata et Reverendissimo Ordinariatu Csánádiensi tradita, Provincia Capistrana ad arctiores limites reducta est numerabatque usque ad annum 1900-um 22 domicilia per Austriam, Hungariam et Slavoniam diffusa.

Novissime vero p. m. Leo Pp. XIII. insigni erga Ordinem Seraphicum pietate ductus, vigore Bullae „*Felicitate quadam*“ die 4. Oct. 1897. emanatae Ordinem temporis decursu in familias Observantium, Reformatorum, Discalceatorum et Recollectorum divisum ad unitatem perfectam reduxit sub nomine „*Fratrum Minorum*“. Tandem vero supremum Ordinis gubernium potestate sibi per Bullam supra citatam concessa, prout in aliis orbis partibus, in patria quoque nostra novos Provinciis limites circumscripsit ita quidem, ut e quinque Provinciis intra limites Hungariae existentibus tres duntaxat Provinciae constitutae fuerint; Mariana videlicet, Capistrana et S. Stephani in Transsylvania. Provincia nostra tutelae S. Joannis a Capistrano concredita est ob insignia huius Sancti in patriam hungaricam merita, et praeter sex Conventus antiquae Provinciae Capistranae numerabat 17 domos, quae ad provinciam Ss. Salvatoris pertinebant, nempe: Bártfa, Alsó-Sebes, Eperjes, Sztropkó, Rozsnyó, Fülek, Szécsény, Eger, Gyöngyös, Jászberény, Szolnok, Kecskemét, Szeged, Szabadka, Kaplony, Vác, Nagy-Szóllós; dein tres Conventus, nimirum Quinque-Ecclesiensem, Siklósiensem, Szigetváriensem et Residentiam Mária-Gyűd e Provincia s. Ladislai, et tandem a Provincia Mariana accepit Conventum Simontornyensem. Novissime his conventibus ex munificentia Ioannis Hám et Tiburtii Boromissza Episcoporum Szatmáriensium accessit Conventus Szatmáriensis a. 1913. Igitur nova Provincia Capistrana usque annum 1921. 29 domicilia numerabat per Regnum Hungariae dispersa.

Per limitationem istam foecundissimae olim matris Provinciae Bosnae-Argentinae filiae, Provinciae videlicet Salvatoriana et Capistrana post multa lustra in unam Provinciam sunt adunatae.

Ast terminato immani ac funestissimo bello per quinquen-

nium fere durante, factaque per infensissimos hostes detestabili dismembratione Patriae nostrae adversa fata et Provinciae Capistranae enormia infligebant vulnera. Novis enim constitutis limitibus Regni Hungariae 11 Conventus sunt a corpore Provinciae avulsi. Conventus nempe Maria-Theresiapolitanus (Szabadka) et Bács Provinciae ss. Cyrilli et Methodii in Croatia sunt adjuncti, Conventus Mária-Radna, Kaplony et Szatmár Provinciae s. Stephani in Transsylvania sunt ingremiati, Conventus vero Eperjes, Bártfa, Sebes, Füleket et Rozsnyó partem notabilem constituunt Provinciae ss. Salvatoris in Slovakia recentissime erectae. Sicque Provincia Capistrana 11 Conventibus est spoliata.

Sed, sicut divinae Providentiae confisi, fiducialiter speramus restorationem Patriae nostrae, sic et non deijcitur animo de reorganizatione, dilatatione ac futura corroboratione almae Provinciae nostrae.

Inde ab editione ultimi Schematismi mundi Provinciaque temporibus iniquis premebatur. Futurum incertissimum. In tali rerum discrimine maxima erga divinam Providentiam devincimur gratitudine pro stupenda Provinciae evolutione et activitate:

1. Concivium Hungarorum in Status Foederatos Americae Septentrionalis emigrantium spiritualem curam quatuor in locis praestant Fratres, quibus ab anno 1931 praeest Commissarius Provincialis; — intentioni altae Suae Sanctitatis Provincia volenti animo obtemperans opus missionale anno 1929 ardentem aggreditur,<sup>1)</sup> apud Sinenses Christi fidem disseminando; — domi interim nova claustra Fratibus munificentia fidelium in Hatvan (1931) et Salgótarján (1932) eriguntur, in Pasarét vero anno isto sanctissimo incipit erectio novi templi.

Nec praetereundum est factum admirandum quod mundo in horrenda crisi laborante Fratres ubique magnos domorum renovationem peregerunt, nova aedificia pro exercitiis spiritualibus necnon cultura populi exstruebant, internae Ecclesiarum picturae et ornatui studuerunt, Váci denique in Typographia machinis modernis instructa Laici preli catholici apostolatu collaborant.

<sup>1)</sup> Secretariatus S. Congr. de Religiosis N. 8201/28. Romae. 1930. 27. II. Curia Archidioecesis Agriensis. Eger 599/1931.



2. Huic tamen rerum successui externo valorem verum tribuunt fructus spirituales. Tabellae, secundam partem hujus Schematismi constituentes quaeque pro exigentia temporis et zelo nostro augendo adjunctae sunt — patefaciunt auxilium divinum.

Magnus numerus communionum annualium domos nostras vitae spiritualis centra esse revelant; Provinciam nostram salutis patriae auctorem esse testantur tabellae catecheseos, missionum popularium, exercitiorum spiritualium, necnon activitatis litterariae; — in calamitatibus vitae socialis per organizationem caritatis-socialis franciscani<sup>1)</sup> (Institutum Dioec. Sororum Pauperibus Succurrentium — Egri Norma), maximum meritum A. R. P. Oswaldi Oslay — providentialem missionem prodit.

Magnum mors Provinciae intulit damnum abripiendo A. R. P. Aloysium Tamás cujus merita perpetuae memoriae digna in speciali Biographia recensentur. Pie clausit oculos videndo opus manuum suarum futurum incrementum Provinciae. Pro quo et nos sperando laboramus.

1) Confirmatio per V. Definitorium Generale: Protocollo U. M. F. 109. 1929. Roma, Protocollo Cina 343/1929. Roma.

## MINISTRORUM PROVINCIAE S. JOANNIS A CAPISTRANO.

	Annus electionis
1. Philippus Penic a Valkovarino, Decreto Pontificis Benedicti XIV. electus et nominatus . . . . .	1757
2. Maximilianus Leisner . . . . .	1760
3. Josephus Blagoe, regularis observantiae zelosissimus, pietate conspicuus . . . . .	1764
Quo anno 1766 mortuo, electus est Vicarius: Hieronymus Lipovcic, et hoc quoque anno 1767 e vivi sublato, Vicarius factus est: Benedictus Zebic.	
4. Jacobus Spaczierer . . . . .	1768
5. Joannes Velikanovic a Brod . . . . .	1771

	Annus electionis
6. Ladislaus Spaic . . . . .	1774
7. Blasius Tadianovic . . . . .	1777
8. Josephus Jakosics a Buda . . . . .	1780
9. Josephus Pavisevic a Pozsega . . . . .	1783
10. Ladislaus Jezik, pietatis clarissimus . . . . .	1792
Quo anno 1793 mortuo, electus est Vicarius: Ladislaus Spaic.	
11. Chrysostomus Spáth a Buda . . . . .	1794
12. Josephus Pavisevic, <i>iterato</i> . . . . .	1797
13. Josephus Jakosics, <i>iterato</i> . . . . .	1800
Quo anno 1804 mortuo, electus est Vicarius: Marianus Lanosevic.	
14. Coelestinus Schneider a Buda . . . . .	1806
15. Alexander Tomikovic ab Essek . . . . .	1809
16. Coelestinus Schneider, <i>iterato</i> . . . . .	1812
17. Joannes Balatovic a Nasice . . . . .	1815
18. Josephus Puchner a Buda . . . . .	1818
19. Gregorius Cevapovic a Berte'ovci . . . . .	1821
20. Petrus Becker ab Egra . . . . .	1824
21. Gregorius Cevapovic, <i>iterato</i> . . . . .	1827
Quo anno 1830 mortuo, electus est Vicarius: Petrus Becker, ad trimestre.	
22. Josephus Matzek a Maria-Radna . . . . .	1830
23. Marianus Jaic a Brod . . . . .	1833
24. Josephus Matzek, <i>secundo</i> . . . . .	1836
25. Dominicus Kirchmayer ab Essek . . . . .	1839
26. Josephus Matzek, <i>tertio</i> ; qui anno 1844 factus Com- misarius Generalis Terrae Sanctae et anno 1850 Decreto Pii IX. P. Definitor Generalis Ordinis electus	1842
27. Marianus Jaic, <i>iterato</i> . . . . .	1845
28. Callistus Schmutzer a Kremnicio . . . . .	1848
29. Dominicus Kirchmayer, <i>secundo</i> . . . . .	1851
30. Paulus Nagy a Colocza . . . . .	1854
31. Caius Agjic a Pleternica . . . . .	1857
32. Paulus Nagy, <i>secundo</i> . . . . .	1860
33. Dominicus Kirchmayer, <i>tertio</i> . . . . .	1863

	Annus electionis
34. Paulus Nagy, <i>tertio</i> . . . . .	1866
Quo vita functo Vicarius electus est:	
35. Mansuetus Hantken a Jablunka dein Min. Prov. denunciatus . . . . .	1867
36. Caius Agjic, <i>iterato</i> . . . . .	1869
37. Mansuetus Hantken, <i>iterato</i> . . . . .	1872
38. Solanus Kerkvaric ab Essek . . . . .	1875
39. Nicolaus Brezovszky a Vienna . . . . .	1878
Quo anno 1879 mortuo, electus est Vicarius:	
Cosmas Brinnich.	
40. Ivo Rodic a Nurkovac . . . . .	1881
41. Julius Amberger a Maria-Radna . . . . .	1884
42. Stephanus Sikircevic a Vukovár . . . . .	1887
43. Julius Amberger, <i>secundo</i> . . . . .	1890
44. Stephanus Sikircevic, <i>iterato</i> . . . . .	1893
45. Aloysius Tamás a Csávoly . . . . .	1896
Quo anno 1897 Definitore Generali facto Vicarius electus est:	
Julius Amberger.	
46. Aloysius Tamás, Commissarius Generalis . . . . .	1898

FACTA AUTEM ANNO 1900. NOVA PROVINCiarUM  
HUNGARIAE LIMITATIONE:

	Annus electionis
1. Aloysius Tamás a Csávoly, Ex-Def. Glis., electus in Congressu Definitorii Generalis 3. Junii . . . . .	1900
2. Idem reelectus . . . . .	1903
3. Idem tertio electus . . . . .	1906
4. Idem quarto electus . . . . .	1909
5. Antonius Unghváry a Cegléd . . . . .	1912
6. Idem reelectus . . . . .	1915
7. Aloysius Tamás . . . . .	1918
8. Idem reelectus . . . . .	1922
9. Antonius Unghváry . . . . .	1925
10. Oswaldus Oslay a Filócz . . . . .	1928
11. Aloysius Tamás . . . . .	1931
Quo anno 1932 mortuo Vicarius Prov. Antonius Unghváry.	

I.

**Conventus Gyöngyös.**

Ad B. M. Virginem Elisabeth Visitantem.

In A.-Dioecesi Agriensi, Comitatu Heves, Civitate ejusdem nominis.

In isto Conventu habetur Studium Theologicum.

Administrat Parochiam cum filiali Gy.-Püspöki. Numerus fidelium: 9150. — Catechetæ provident per 40 horas in hebdomada scholas elementares status e „Mária Tanoda“ habentes 891 scholares. Communiones per annum numeravit: 78.580 et Extrema-Unctione 237 animas confortavit. — Numerus Tertiiorum: 260. Confraternitates: Unio Mission. Franc.: 1265 m., Sod. Ss. Rosarii: 900 m., Congregatio Mariana Dominorum: 50 et Puellarum: 65. „Caritas“: 120, Sod. Ss. Ang. Custodum: 120, Militia Cordis: 110. — Studium Theologicum edit periodicum: „Magyar Umbria“.

*Patres: 9.*

A. R. P. **ANTONIUS UNGHVÁRY**, Vicarius Provincialis. Lector SS. Theol. Gen. et act., Conc., Judex. Prosyn. Dioec. Quinque-Eccl.

R. P. **Eusebius Kalmár**, Guardianus, Administrator parochiae, SS. Theol. Doctor, Conc., Dir. III. Ord., Hist. domus, Procur. Unionis Miss.

R. P. **Hermenegildus Hermann**, Custos Provinciae, Vicarius, SS. Theol. Lector appr. et act., Magister Cler., Conc., Discr., Moder. Sod. „Caritas“, Conf. Soror. Car. S. Vincentii a Paulo in Mária-Tanoda et in Inst. „Fehérváry“.

R. P. **Norbertus Plischka**, Professor Gymn. emer., Catecheta, Conf. Soror. Carit. S. Vincentii a Paulo in Nosocomio.

R. P. **Cyprianus Menráth**, SS. Theol. Lector Gen. et act., Conc. Vice-Mag. Cler. eorumque Instructor in cantu eccl., Exhort. FFr. Laic., Discr., Praeses Congreg. Marian. Domin., Organista.

R. P. **Salvator Szalay**, SS. Theologiae Doctor ejusdemque Lector act., Conc., Catech. in Inst. Mária-Tanoda, Discr., Conf. Cler., Dir. Congreg. Mar. Puellarum, Organista.

R. P. **Sigismundus Horváth**, SS. Theologiae Doctor ejusdemque Lect. act., Conc., Conf. Cler., Dir. Piae Unionis S. Antonii, Organista.

R. P. **Alexander Sebestyén**, Secr. Provincialis, Coop. parochiae, Procur. Prov. et Conv., Conc., Catecheta. Excurrens in Gy.-Püspöki. Dir. Sod. Ss. Rosarii.

*Fratres Clerici SS. Theologiae Studentes: 21.*

*IV. anni.*

P. **Bartholomaeus Katona Csókási**.  
Fr. **Alexius Sall**, Diac.  
Fr. **Albinus Thun**, Diac.

*III. anni.*

Fr. **Innocentius Dám**, Diac.  
Fr. **Casimirus Kollár**, Diac.  
Fr. **Rogierius Návay**, Subdiac.  
Fr. **Ephraem Eicher**.  
Fr. **Augustinus Juhász**, Diac.  
Fr. **Anselmus Szabados**, Diac.

*II. anni.*

Fr. **Agnellus Bruck**, Subdiac.  
Fr. **Engelbertus Eiler**, Subdiac.  
Fr. **Gaudentius Gergely**, Subdiac.  
Fr. **Tarsicius Gerencsér**, Subdiac.

Fr. **Vitalis Varga**, Subdiac.  
Fr. **Matthias Nyizsnyik**, simp. prof.

*I. anni.*

Fr. **Benjaminus Tóth**.  
Fr. **Constantinus Nagy**.  
Fr. **Damascenus Joan. Saly**.  
Fr. **Adalbertus Várady**.  
Fr. **Dorotheus Flórián**, simp. prof.  
Fr. **Callistus Lóránt**, simp. prof.

*Fratres Laici: 8.*

Fr. **Simon Mőzl**, sol. prof. Oeconomus Conv.  
Fr. **Sixtus Buzi**, sol. prof. Cocus.  
Fr. **Matthaeus Gázsó**, simp. prof. ad serv. Conv.  
Fr. **Camillus Kovács**, simp. prof. Sutor.  
Fr. **Celsus Lakner**, sol. prof. Sacrista. Janitor, Sartor.  
Fr. **Adolphus Tósaky**, simp. prof. Subcocus.  
Fr. **Victorinus Réhn**, simp. prof. Subcocus.  
Fr. **Willibaldus Sarkadi**, Tert. Curator refectorii.

Nr.: 38.

---

II.

## Conventus Budapest.

Ad s. Stephanum Proto-Martyrem.

In Archi-Dioecesi Strigoniensi, Metr. Civitate Budapest  
(II., Margit-körút 23.) situs.

Administrat Parochiam 16.000 animas numerantem. Praeter Ecclesiam Conv. sacras functiones peragit in Sacello Pasarét. — Numerus communionum per annum: 163.000. Sacramentis confortavit 86 infirmos. — Catechetae provident scholas elementares Civitatis 916 scholares numerantes per 76 horas hebd.;

classes repetentium 32 tirones habent per 2 horas; scholam industrialem cum 218 discipulis per 12 horas; scholam Civilem cum 398 discipulis per 22 horas. Universim: 1562 studentes per 112 horas in hebdomade catechizat. — Numerus Tertiariorum: 750 et Chordigerorum: 40. Confraternitates: Sod. Altaris: 160, „Anyák Köre“: 128, „Zita Kör“: 140, „Bik. Cserkészcsapat“: 165, Unio Euch. adolescentium: 612. Edit periodica: „Ferenes Közlöny“ pro III. Ord. „Isten Dalosai“ pro missionibus indigenis „Plébániánk“ pro parochianis.

*Patres: 10.*

Excellentissimus ac Reverendissimus Dominus P. **STEPHANUS ZADRAVECZ**, Episcopus Domitiopolitanus.

R. P. **Athanasius Unyi**, Guardianus, Administrator parochiae, Conc. act. et quadr., Hist. domus, Dir. Sod. Altaris, Conf. FFr. Miseric. et ord. Monialium. Consil. Com. Actionis Catholicae.

A. R. P. **OSWALDUS OSLAY**, Exminister Prov. immed., Lector appr. Philosophiae, Conc., Dir. et Spirit. Sororum Pauperibus Succurrentium, Consil. Com. Actionis Catholicae, Membrum Soc. lit. „Gárdonyi Géza Társaság“.

R. P. **Maurus Majnai**, Vicarius, Def. Prov., Commissarius Terrae Sanctae, Proc. Conv. et Provincialis Missionum Franc., Conc. Discr. Redactor „Ferenes Közlöny“ et „Isten Dalosai“, Dir. III. Ord. et Chordigerorum.

R. P. **Valerianus Bóhnert**, Expositus et Custos Sanctuarii in Pasarét Def. Prov. Conc. Catech., Hist. et Proc. hosp. Dir. III. Ord., Conf. ord. Mon.

R. P. **Edmundus Bozóky**, Relig. et Sac. Jubil., Conf. Monialium et Exh. FFr. Laic.

R. P. **Venantius Virág**, Secr. et Proc. Provinciae, Conc., Conf. Monial. Discr. Res. Szentkút et hosp. Pasarét, Consil. ac Rev. procurae Miss. et typographiae „Kapisztrán“ in Vác. Consil. Com. Actionis Catholicae.

R. P. **Seraphinus Szabó**, Conc., Catech., Coop. parochiae, Discr., Conf. ord. Mon., Praeses „Anyák Kör“, Dux cohort. juvenum „Cserkészcsapat“.

R. P. **Solanus Szűcs**, Conc., Catech., Coop. parochiae, Dir. „Zitakör“, Redactor „Plébániánk“.

R. P. **Pancratius Kirchhofer**, Conc., Catech., Coop. pa-

rochiae, Dir. Piae Unionis S. Antonii, Mission. popularis germanus.

*Fratres Clerici: 2.*

Fr. **Petrus Simon**, Adj. in Comm. Terrae Sanctae, valedudinarius.

Fr. **Tertullianus Németh**.

*Fratres Laici: 6.*

Fr. **Vincentius Kovacsits**, sol. prof. Cocus, ad serv. hosp. Pasarét Org.

Fr. **Paulinus Tyukody**, sol. prof. Hortulanus, Org.

Fr. **Donatus Németh**, sol. prof. socius Exc. et Rev. D. P. Episcopi, Sartor.

Fr. **Martinus vitéz Kanizsai Nagy**, sol. prof. Sacrista, Janitor.

Fr. **Hilarius Nyáry**, sol. prof. Cocus.

Fr. **Nicanor Serfőző**, Tert. ad serv. Conv.

Nr.: 18.

---

III.

**Conventus Jászberény.**

Ad SS. Nomen Jesu.

In A.-Diocesi Agriensi, Comitatu Jász-Nagy-Kun-Szolnck, Civitate ejusdem nominis situs.

In isto Conventu est Studium Gymnasiale et Philosophicum. Praeter Ecclesiam Conventualem sacras functiones omni mense peragit in praediis: Alsó-Boldogháza, Felső-Boldogháza, Hajta, Homok, Kerekudvar, Négyszállás, Peres, Szele, Tápió-Major. — Cibo spirituali satiavit anno elapso 71.000 animas in Eccl. Conv. in al'odiis vero 3500 fideles. Sacramentis confortavit 414 infirmos. — Catechisat per 59 horas in heb. scholas triviales et repentium Status 1.592 tyrones numerantes. — Numerus Tertiariorum: 370 (+ 500). — Confrat.: Unio Missionaria Franc.: 1500.



*Patres: 7.*

R. P. **Claudius Luptovits**, Guardianus, Lector Philos., Vice-Praefectus Studii, Conc., Hist. domus, Procur. Unionis Missionum.

R. P. **Eleutherius Karácsonyi**, SS. Theol. Baccalaureatus Lovaniensis, Vicarius, Magister Cler., Lector Philosophiae, Conc., Procur. Conv., Discr., Confes. Sor. S. Vincentii.

R. P. **Petrus Smóling**, Conc. et Catech. emeritus, Confesarius.

R. P. **Emericus Galambos**, SS. Theologiae Baccalaureatus Lovaniensis, Lector philosophiae, Conc.

R. P. **Silvester Sall**, Conc., praeparat se ad Doctoratum.

R. P. **Columbanus Krupa**, Conc., Catecheta, Dir. Piae Unionis S. Antonii.

R. P. **Otho Frech**, Conc., Catech., Discr., Exhort. FFr. Laic., Dir. III. Ord.

*Fratres Clerici Philosophiae Studentes: 13.*

Fr. **Christianus Csizmadia**

Fr. **Hadrianus Péterfai**

Fr. **Ignatius Rezsnyák**

Fr. **Arnoldus Tonigold**

Fr. **Josaphat Farkas**

Fr. **Balthasarus Leskó**

Fr. **Othmarus Faddi**

Fr. **Sebastianus Turtsányi**

Fr. **Astrichus Horváth**

Fr. **Lucius Németh**

Fr. **Felicianus Szalóky**

Fr. **Leopoldus Szabó**

Fr. **Philippus Renák.**

*Fratres Clerici Studiis Gymnasialibus Vacantes: 13.**VIII. Classis.*

Fr. **Coelestinus Bede**

Fr. **Ildephonsus Szádoczky**

Fr. **Ottocarus Tóth P.**

Fr. **Marcellinus Zachar**  
 Fr. **Beda Kisterenyei**  
 Fr. **Honorius Vértés**  
 Fr. **'Ansharus Czétényi**  
 Fr. **Rochus Krupa**  
 Fr. **Methodius Siposs**  
 Fr. **Florianus Tábori**  
 Fr. **Amandus Schnitzinger.**

*VII. Classis.*

Fr. **Tobias Szinger**  
 Fr. **Macarius Kiss.**

*Fratres Laici: 6.*

Fr. **Emericus Antal**, sol. prof. Sartor, Janitor, Col. s. eleem.  
 Fr. **Georgius Fütő**, sol. prof. Cocus.  
 Fr. **Urbanus Major**, sol. prof. Subcocus, Col. s. eleem.  
 Fr. **Cassianus Fekete**, simp. prof. Sacrista, Sutor, Col.  
 s. eleem.  
 Fr. **Justus Szincsaák**, simp. prof. Sartor, Cur. refect., Col.  
 s. eleem.  
 Fr. **Benno Kováts**, Tert, Subcoc. ad serv. Conv.

Nr.: 39.

---

IV.

**Conventus Quinque-Ecclesiensis.**

Ad S. Franciscum Stigmatizatum.

In Dioecesi Quinque-Ecclesiensi, Comitatu Baranya, Civitate  
 L. R. Pécs situatus.

In isto Conventu habetur Studium Gymnasiale et Collegium Seraphicum. — Administrat parochiam suburbii Szigetani (Szigeti-külváros) cum filiali Nagy-Árpád, numerus animarum: 13.991. — Quinque Xenodochia Status providet sacramentorum administratione. — Anno elapso Pane coel. refecit in Ecclesia Par. 125.000 animas in div. Xenodochiis 36.198 Christi-fideles. — Extrema Uctione confirmavit in parochia 271, in Xenodochiis vero 692 animas, uni-

versim 963 fideles. — Catechetæ provident scholas elementares Status cum 1126 studiosis. Numerus Tertiariorum: 250. — Confrat.: Congregatio Vir. „Credo“: 123. Congr. Mariana Puell.: 50. Militia Cordis: 210. Sod. Ss. Ros.: 260. Szt. Ferenc Cserkészcsapat: 30. Publicat ephemeridem „Plébániánk“ pro parochianis; Collegium Ser. edit „Szeráfi Iljúság“.

*Patres: 8.*

R. P. **Ferdinandus Kaizer**, Guardianus, Dir. Collegii Seraphici, Exh. FFr. Laic., Conc., Conf. ord. FFr. Miser., Mon. de Nostra Domina et a Cruce in Semin., Hist. domus, Biblioth., Excurrens in Nagy-Árpád.

R. P. **Angelus Feisz**, Def. Provinciae, Conc., Coop. parochiae, Discr.

R. P. **Chrysanthus Tamás**, Vicarius, Administrator parochiae, Conc., Discr., Dir. III. Ordinis.

R. P. **Xaverius Kéry**, Conc. Coop. parochiae, Catecheta, Procur. Conv. Discr. Duct.: „Szt. Ferenc cserkészcsapat“.

R. P. **Alphonsus Schmidt**, Sac. Jubil., Confessarius.

R. P. **Salesius Kiss**, Magister Coll. Seraph., Conc., Missionarius popularis.

R. P. **Capistranus Návay**, Conc., Catech., Ductor Militiæ Cordis et Congr. Puell.

R. P. **Joannes M. Vianney Csonth**, Conc., Catech., Dir. Piae Unionis S. Ant. et Sod. Ss. Rosarii, Conf. Mon. a Cruce in Clinica, Vice-Mag. Coll. Ser.

*Fratres Clerici Studiis Gymnasialibus Vacantes: 5.*

*VII. Classis.*

Fr. **Franciscus Scheibli**  
Fr. **Vincentius Lendvai**  
Fr. **Cornelius Lukendics**  
Fr. **Ladislau Rónai**  
Fr. **Liborius Adamcsik**

*Fratres Laici: 13.*

Fr. **Elias Kónya**, sol. prof. Cocus, valetudinarius.

Fr. **Didacus Bedők**, sol. prof. Sartor, Janitor et Oecon. Conv.

- Fr. **Gabriel Sinkó**, sol. prof. Sacrista.  
 Fr. **Linus Sághi**, sol. prof. Curator relect. et ad serv. Conv.  
 Fr. **Leander Turi-Kovács**, simp. prof. Faber.  
 Fr. **Chrysologus Százdi**, simp. prof. Faber.  
 Fr. **Bartholus Hódos**, simp. prof. Cocus.  
 Fr. **Ernestus Tóth**, simp. prof. Faber.  
 Fr. **Wulmarus Gáspár**, Tert. Subcocus, Faber.  
 Fr. **Carmelus Varga**, Tert. Subcocus.  
 Fr. **Aquilinus Kvasz**, Tert. ad serv. Conv.  
 Fr. **Arcadius Guth**, Tert. ad serv. Conv.  
 Fr. **Carpus Bodó**, Tert. ad serv. Conv.

Alumni Collegii Seraphici gymnasium frequentates sunt 47.

Nr.: 73.

---

V.

## Conventus Szécsény.

Ad SS. Salvatorem Transfiguratum.

In Archi-Dioecesi Strigoniensi, Comitatu Nógrád, Oppido  
 Szécsény positus.

In isto Conventu habetur Novitiatus.

Administrat parochiam cum animabus 3.300. Lapsu anni communiones numeravit 38.478. — In schola elementari, industriali et repetentium catechisat 708 proles per 31 horas. — 91 infirmos sacramentis providebat. — Numerus Tertiariorum: 500. — Confrat.: Sod. Ss. Rosarii: 360. „Caritas“: 54. „Kath. Le-génvegylet“: 68, Unio Altaris: 30. Congr. M. Puell.: 70. Sod. SS. Angel. Cust.: 150.

*Patres: 5.*

R. P. **Silverius Kiefer**, Guardianus, Administrator parochiae, Conc. Conf. Soror., Spiritualis District., Dir. „Caritas“ et Piae Unionis S. Ant., Hist. domus.

R. P. **Eugenius Jenei**, Vicarius, Proc. Conv., Conc., Catech., Coop. paroch., Discr., Dir. III. Ord. et Confoed. popul. Cath., Proc. Missionum Franc.

R. P. **Anacletus Kőnig**, Magister Novitiorum, Conc., Exh. FFr. Laic., Discr., Dir. Congreg. M. Puellarum.

R. P. **Alexander Kaszab**, Nestor Provinciae, Rel. et Sac. Jubil.

R. P. **Chrysostomus Körösztső**s, Conc., Catech., Coop. parochiae, Instructor FFr. Novitiorum in cantu eccl., Dir. Sod. Ss. Rosarii.

*Fratres Clerici Novitii: 16.*

Fr. **Virgilius Waldberg**

Fr. **Thomas Suller**

Fr. **Genesius Guba**

Fr. **Romanus Ráboczky**

Fr. **Henricus Hangya**

Fr. **Gilbertus Guth**

Fr. **Quirinus Villi**

Fr. **Clarus Krékity**

Fr. **Serenus Szabó**

Fr. **Remigius Bálint**

Fr. **Flavius Czapinszky**

Fr. **Lucas Wayer**

Fr. **Gedeon Gál**

Fr. **Guido Gyárfás**

Fr. **Illuminatus Sebestyén**

Fr. **Lasarus Timkó**

*Fratres Laici: 2.*

Fr. **Cyrillus Drobina**, sol. prof. ad serv. Conventus.

Fr. **Albanus Orosz**, simp. prof. Sutor.

*Fratres Laici Novitii: 10.*

Fr. **Nicasius Bender**, Cocus.

Fr. **Anatolius Kovács**, Subcocus.

Fr. **Evaristus Ádám**, lapidida, ad serv. Conv.

Fr. **Silvanus Csohány**, Subcocus.

Fr. **Hubertus Szlancsik**, Subcocus.

Fr. **Salutaris Zachar**, Typogr. ad serv. Conv.

Fr. **Saturninus Vastagh**, Typogr. ad serv. Conv.

Fr. **Secundus Kucsera**, Subcocus, ad serv. Conv.  
 Fr. **Proclus Lászlók**, Subcocus.  
 Fr. **Castus Cseh**, Subcocus.

*Tertiarius:*

Fr. **Bonifatius Répássy**, ad serv. Conventus.

Nr.: 34.

## VI.

### Conventus Baja.

Ad S. Antonium Patavinum.

In Archi-Dioecesi Colocensi, Comitatu Bács-Bodrog, Civitate  
 L. R. ejusdem nominis situs.

Administrat parochiam 6658 fideles numerantem et sacras functiones peragi in Sacello Mária-Könnye. — Communiones per annum: 49.350. In territorio parochiae 182, in Xenodochio 500 infirmos sacramentis confortavit. — 1.100 discipulos instituit in doctrina religionis per 32 horas in scholis elementaribus Status. — Tertiarii: 380 (+ 342). -- Confrat.: Pia Unio S. Antonii: 642. Sod. Ss. Cordis: 720. Sod. Ss. Rosarii: 141. Militia Cordis: 852. Unio Miss. Franc.: 250.

*Patres: 4.*

R. P. **Nicolaus Jugh**, Guardianus, Administrator parochiae, Conc., Dir. III. Ord., Conf. Monial., Hist domus, Procur. Unionis Miss. et Piae Unionis S. Ant. Dir. Militiae Cordis.

R. P. **Emmanuel Pesti**, Vicarius, SS. Theologiae Lector Gen. emeritus, Conc., Coop. parochiae, Procur. Conv., Discr., Bibliothec.

R. P. **Cajus Kozma**, Conc., Coop. parochiae, Praefectus Coll. Ser., Conf. mon., Discr., Exhort. FFr. Laic. et Catecheta.

R. P. **Theophilus Szigli**, Conc., Coop. parochiae, Catech., Ductor „Szívgárda“.

*Fratres Laici: 4.*

Fr. **Patricius Szokola**, sol. prof. Cocus.

Fr. **Erasmus Unger**, Tert. Sacrista, Sartor.  
 Fr. **Flavianus Halász**, Tert. Subcocus et ad serv. Conv.  
 Fr. **Sabinus Pintér**, Tert. Subcocus.

Alumni Collegii Seraphici gymnasium frequentantes sunt: 12.  
 Nr.: 20.

---

VII.

**Conventus Eger.**

Ad B. V. Mariam sine labe Conceptam.

In Archi-Dioecesi Agriensi, Comitatu Heves, Civitate Eger  
 positus.

In domo „Szt. Ferenc Otthon“ ducit ss. exercitia spiritualia. — Numerus communionum per annum: 89.260. Provisio infirmorum: 304. — Catechizat in scholis elementaribus et repetentium 722 tyrones per 27 horas in hebdomade, Numerus Tertiariorum: 227 (+ 1014). — Confrat.: Congregatio Mar. Dominorum: 45. Sod. Ss. Ros.: 425. Militia Cordis: 86. „Sz. Klára Énekkar“: 65.

*Patres: 4.*

R. P. **Raynerius Rozník**, Guardianus, Dir. III. Ord., Conc., Praef. Coll. Ser., Ductor exerc. spir., Missionarius popul., Hist. domus, Biblioth. Conf., Sororum Paup. Succurrentium, Praeses Congr. M. Dominorum.

R. P. **Fidelis Tamás**, Vicarius, Conc. Discr., Ductor ss. exerc. spir., et Miss. popularis, Dir. Sod. Ss. Ros. Organista.

R. P. **Ambrosius Rézmann**, Conc. Catecheta, Discr. Moderator „Szivgárda“.

R. P. **Dionysius Szedő**, Procur. Conventus, Exhort. FFr. Laic. Ductor ss. exerc. spir. et Missionarius pop., Conf. extraord. Ancillarum B. M. V. et Sor. Paup. Succ.

*Fratres Laici: 5.*

Fr. **Jobus Uhl**, sol. prof. Cocus, coll. s. eleem.

Fr. **Ivo Bóna**, simp. prof. Sacrista, Janitor, Hortul. et ad serv. Conv.

Fr. **Christinus Kovács**, Tert. Faber, ad serv. Conv.  
 Fr. **Cyriacus Beluczky**, Tert. Subcocus et ad serv. Conv.  
 Fr. **Thaddaeus Lunczer**, Tert. ad serv. Conv.

Alumni Collegii Seraphici gymnasium frequentantes sunt: 6.  
 Nr.: 15.

---

### VIII.

## Conventus Szeged.

Ad B. Mariam Virginem de Nivibus.

In Dioecesi Csanádiensi, Comitatu Csongrád, Civitate L. R. ejusdem nominis (Alsóváros) situs:

— Administrat Parochiam inferioris Civitatis, animas catholicas 22,400 numerantem cum filialibus Szentmihálytelek: 2140, Gróf Klebelsberg-telep: 690, et Kecskéstelep: 681. — Numerus communionum per annum: 148,528. Sacramentis 532 infirmos providebat. — In doctrina religionis instituit 540 puellas per 25 horas in schola elem. et civili Sororum de Nostra Domina; 1106 discipulos per 45 horas hebdom. in scholis elementaribus Civitatis; in allodiis vero catechizat 607 scholares per 24 horas. Universim; 2,253 studentes per 94 horas in hebdomade catechizat. — Numerus Tertiariorum: 231 (+1147) Confrat.: Sod. Ss. Rosarii: 940. Unio Altaris: 560. Congr. „Fehérlányok”: 75. Congr. „Kis sz. Teréz”: 64. „Kath. Legényegylet”: 89. „Levente”: 890. — Edit omni mense ephemeridem: „Havi Boldogasszony” pro fidelibus parochiae.

*Patres: 6.*

R. P. **Jacobus Vén**, Guardianus, Conc. Catech., Dir. II. Ord., Membrum „Egyházművész bizottság” Dioec. Csanád., Conf. o. FFr. Christian. scholar., Conf. e. o. Cleric. Semin. M. Conf. o. Monial. S. Dominici in Szeged et Hódmezővásárhely, Conf. o. Sor. de Nostra Domina, et Sor. a S. Cruce. Conf. e. o. Sor. SS. Salvatoris.

R. P. **Fridericus Sinkovich**, Vicarius, Conc. Catecheta 40 annorum, Discr. Organista, Praeses Congr. Marianae. Fundator et Dux Militiae Cordis. („Szívőárda“.)

R. P. **Petrus de Alc. Fehér**. Conc. Coop. parochiae, Catech. Discr. Exhort. FFr. Laic. Bibliothec. Dir. Sod. Ss. Rosarii



et „Fehérlányok“, Conf. e. o. Sor. S. Francisci Assis. in Deszk.

R. P. **Venceslaus Schneider**, Administrator parochiae, Conc. Proc. Conv. et Unionis Miss. Franc., Director Schol. elem. Sororum de N. Domina; Conf. o. Sor. de S. Cruce et Sor. S. Vincentii, Dir. Unionis Altaris, Praeses: „Kath. Legényegylet“; Discr., Redactor „Haviboldogasszony“.

R. P. **Desiderius Vella**, Conc. act. et quadr., Coop. parochiae, Catecheta, Dir. piae Unionis S. Ant., V.-praeses: „Legényegylet“.

R. P. **Regalatus Petrus Inklovits**, Conc. Coop. par. Catech. Ductor s. Viae Crucis.

#### *Fratres Laici: 4.*

Fr. **Aegidius Selymessy**, sol. prof. ad serv. Conv.

Fr. **Julius Páality**, sol. prof. Curator ref. et cellar., Col. s. elem.

Fr. **Servatius Berkes**, sol. prof. Cocus, Hortulanus.

Fr. **Eustachius Boda**, sol. prof. Sacrista, Janitor, Col. s. elem.

Nr.: 10

---

## IX.

### Conventus Szolnok.

#### Ad Sanctissimam Trinitatem.

In Dioecesi Váciensi, Comitatu Jász-Nagy-Kún-Szolnok, Civitate ejusdem nominis situs.

